Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



carissima propter te amat cor meum / pulchritudo tua minuit desiderat mens mea / quam decora / quam gloriosa / quam gratiosa tu es et macula non est in te tota pulchra es exulta et letare formosa filia principis / quia concupiuit rex speciem tuam / et amat decorem tuum speciosa prae filiis hominum Ex qual' est dilectus / ex dilecto tuo quia pulchra mulierum dilectus tuus candidus et rubicundus electus ex milibus Sicut malus inter ligna silvarum / sic dilectus meus inter filias / sub umbra illius quem desiderabam sedi / et fructus eius dulcis gutturi meo / dilectus meus misit manum suam per foramen et venter meus contremuit ad tactum eius In lectulo meo per noctes quesiui dilectum meum quem diligit anima mea Quesiui et non inuenit eum Teneo nec dimittam donec introducam eum in domum meam et in cubiculum tuum gloriosa genitrix mea Jhesu in dab' dulcissima